vestram deuitantes hoc. ne quis
nos vituperet in hac plen
titudine que ministratur a nobis.
Prouidemus enim bona non
tantum coram deo set etiam coram
hominibus. ℟. Os iusti. alleluia.
Iustus ut palma. Euangelium. Facilius
est camelum. | Lectio libri sapientie
Dedit dominus confessionem sancto suo
et excelso in verbo glorie. De omni
corde suo laudauit dominum.
et dilexit deum qui fecit illum
et dedit contra inimicos potentiam.
Et stare fecit cantores contra
altare. et in sono eorum dul
ces fecit modos. et dedit in
celebrationibus decus. Et
ornauit tempora usque ad con
summationem uite ut lau
darent nomen sanctum domini. et
amplificarent mane dei sancti
tatem. Christus purgauit peccata
ipsius. et exaltauit in eter
num cornu eius. Sapientia
laudabit animam suam. et in
deo honorificabitur. et in me
[...] populi sui gloriabitur. Et in
[...]is altissimi aperiet
[...] in conspectu virtutis
[...]bitur. et in plen
[...]rabitur. Et
[...]electorum ha
[...]tur bene
[...]
[...]ias

sanctorum. Honestauit illum in laboribus et com
pleuit labores illius. In fraude circumueni
entium illum affuit. et honestum fecit illum. Cu
stodiuit illum ab inimicis et a seductoribus
tutauit illum. et certamen forte dedit illi
ut uinceret. et sciret quoniam omnium fortior est sa
pientia. Hec venditum iustum non dereliquit
sed a peccatoribus liberauit illum. Descendit
que cum illo in foueam. et in vinculis non dereli
quit illum. donec afferret illi sceptrum reg
ni et potentiam aduersus eos qui eum depri
mebant. Et mendaces ostendit qui ma
culauerunt illum. et dedit claritatem eter
nam dominus deus noster.

Lectio epistole beati Iacobi apostoli. Fratres
Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi
qui benedixit nos in omni benedictione spi
rituali in celestibus in christo ihesu sicut ele
git nos in ipso ante mundi constitutionem ut
essemus sancti et inmaculati in conspectu
eius in caritate. Qui predestinauit nos
in adoptionem filiorum per ihesum christum in
ipso. secundum propositum uoluntatis sue in lau
dem glorie gratie sue. In qua gratificauit
nos in dilecto filio suo in quo habemus
redemptionem per sanguinem eius remissio
nem peccatorum secundum diuicias gratie eius que
superhabundauit in nobis

Secundum lucam
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis
Nolite timere pusillus grex quia complacu
it patri uestro dare uobis regnum. Vendite
que possidetis. et date elemosinam. Facite
sacculos qui non ueterascunt. thesaurum
non deficientem quo fur non appropriat
neque tinea corrumpit. Ubi enim est
thesaurus uester ibi et cor uestrum
erit.